


Sit linea data AB & C extra
eam punctum, ex quo perpendi-
culares ad extremum lineæ pun-
ctum A delabi debent. Si linea
data versus partes A puncti pro-
trahi posset, res *ex superioribus*
fese benè haberet: sed negatur
etiã hic continuatio. Pone
ergò pedem circini alterum in
punctum C datum, & cum alte-
ro duc duos arcus quoscunq;
 D & F , distantijs CD & CF qui-
buscunq;, secantes lineam AB
in punctis D & F : deinde de-



scribe ex D distantia CD , item ex F distantia CF duos arcus
infra lineam directè sub puncto C , intersecantes se in puncto
 E : tandem connecte puncta C & E per rectam lineam, habe-
bisq; CA incidentem & CE secantem perpendiculariter, &c.

*PROBL. VII. Quid deniq; tum inceptandum, cum infra lineam
 AB pro arcibus ad E nullum spacium superest?*

Ex C puncto ducatur linea
 CE ad datam AB quomodo-
cunq;, cujus dimidium Circi-
ni apertione & compressione
quare donec invenias (quo-
modo id bisectionis punctum
τεχνικῶς quæri debeat, docebi-
mus suo loco *cap. VII.*) in D ,



in quo posito circino, descri-
be segmentum circuli, distantia DC vel DE , quod necessariò
lineam AB versus partes B alicubi propè B secabit: id sectio-
nis pun-

B 3

nis pun-